Iohannes C. Bruce misit acceptam a Gadow medico Germano, qui edidit in ephemeride *Cambridge University Register*, a. 1887, pag. 539.

Lege: ✠ *Simplicius pr(es)b(yter), famulus D(e)i, vixit an(nos)* LVIIII, *requievit in pace d(omi)ni d(ie)* VIII (*octavo*) *kal(endas) Septembres, era* DLXXV.

Puncta formam habent foliorum hederae, ut non raro.

Epistula ad Aemilium Hübner

JOSEPHUS LEITE DE VASCONCELLOS—AEMILIO HÜBNER *s. d.*

Non modo pro epistula tua, sed etiam pro opusculo egregio ei adjuncto, quo ephemeris *O Archeologo Português* maxime illuminatur, gratias tibi ago debitas. Namque antiquitatis Lusitanae studiorum fautor atque ornamentum es, quod ex operibus magnificis de iis incredibili diligentia miraque accuratione abs te editis manifesto apparet. Simul praeclaram tibi gratiam habeo, quod ad inceptum meum amicis me verbis excitavisti, ex quibus, cum ab tanto viro sincero et eruditissimo profecta essent, summam etiam delectationem cepi.

Tum, cum litteras tuas ad me scribebas, regiones meridionales Portugalenses obibam; et in ipsis oppidis Mertoli Ossonobaque, de quibus paulo ante locutus es, titulos alios Romanos, alios Christianos inveni et descripsi, quos in paginas ephemeridis *O Archeologo Português* brevi inseram, ut tuis ponderibus eos examines.

Cura, ut valeas.

Olisipone, Kal. Iun. a. MDCCCXCV.

Gruta da Senhora de Carnaxide

O templo e gruta de Nossa Senhora de Carnaxide, a pouca distância de Lisboa, gozam de muita fama na devoção popular, por causa de uma lenda que côrre na tradição. Como me occupo do estudo das nossas lendas, e esta se localiza num sítio aonde eu podia ir facilmente, fui lá ha tempos, e obtive um *registo* de que dou na figura junta a parte principal, e um folheto que se intitula *Historia narrativa de uma*